



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCXL. Die Markgrafen Otto und Woldemar von Brandenburg unterordnen
zwanzig Dörfer unter die Gerichtsbarkeit der Stadt Löbau, am 1. Mai 1306.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CCCXL. Die Markgrafen Otto und Woldemar von Brandenburg unterordnen zwanzig Dörfer unter die Gerichtsbarkeit der Stadt Lößau, am 1. Mai 1306.

Otto et Woldemarus, dei gratia Brandenburgenses, Lusacie et de Landisberg marchiones, univērsis Christi fidelibus, presentes literas visuris seu audituris, notitiam subscriptorum. Actiones, quas mundus ordinat, sepe delet successus temporum, nisi muniantur karactere literarum. Ea propter constare volumus omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam posteris, quod dilectis nobis civibus in Leobawe, ob specialem promotionem, qua ipsos prosequimur, ac in emendationem civitatis ejusdem, cum omni jure villas eidem apponimus civitati subscriptas, videlicet Gherardedorpp, Eversbach, Kothamersdorpp, Heinrichedorpp, Sconnebyeh, Lybe, Levenwald, ambas Sweynicz, ambas Conradesdorpp, ambas Theefyn, Ulfen, antiquam Lebowam, Diebesdorpp, Neechan, Lychowe, Uwer et Gorghewicz, ita, quod univērsaliter singuli ac singulariter univērsi harum villarum inhabitatores seu incole omnia judicia sua, tam majora quam minora, ibidem in civitate Leobawe coram judicio et giudice recipere ac solvere perpetuo teneantur, volentes ejusdem cives in hujusmodi jure, ipsis per nos rationabiliter indulto, constanter perpetuis temporibus existere et favorabiliter conservare. Ne autem super hoc in posterum alicui dubium valeat suboriri, presens scriptum in evidens testimonium justissimum nostrorum sigillorum appensionibus roborare, adhibitis testibus ydoneis, scilicet nostris fidelibus, Ludolft de Wedele, Hinrich de Rdewitz (Stegelitz?), Henning de Blankenborg, Hinnig de Steghercz (Stegheliz?), Nicolao de Ravecke (Buck?), Ottone de Holzendorpp, Breneckone de Gverben (Rencekone de Gucz?) Herdegheno de Bardeleve, militibus et aliis quam plurimis fide dignis. Actum et datum in Leobawe, anno domini, MCCCVI, in die sancte Walburgis virginis.

Aus Tischoppe und Stenzels Urkunden-Sammlung S. 480.

CCCXLI. Der Römische König Albrecht beurkundet, daß die Markgräfin Agnes von Brandenburg vor ihm, zu Gunsten ihrer Tochter Agnes und ihres Schwiegersohnes, Grafen Gerlach von Nassau, auf alle Ansprüche auf das Vermögen ihres verstorbenen Gemahles, Landgrafen Heinrich von Hessen, verzichtet habe, am 18. Mai 1307.

Nos Albertus, dei gracia Romanorum Rex, semper Augustus, Ad univērsorum noticiam volumus pervenire, Quod constituta in nostre Majestatis presencia Inclita Agnes, Marchionissa Brandenburgensis, consanguinea nostra dilecta, cessit omni actioni et iuri, quam et quod in bonis, per quondam Heinricum, Illustris Heinrici, Lantgravii Hassie, filium, ipsius Agnetis Maritum, nomine dotis ac doni matutini, que Morgengabe dicitur, assignatis, sive hereditate competit sive competere dinoscitur: ac resignavit eandem actionem et jus predictum et transtulit in Inclitam Agnetem, filiam suam, spectabilis viri Gerlaci Comitis Nassauie uxorem legitimam, et in ipsum Gerlacum, generum suum,